



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

XXVII. S. Felix I. Anno Christi. 272 Aureliani Imperator. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

(4) S. Hilarius lib. 4. De Trinitate §. 11. *Sabellius ipsum dicit Filium, quem & Patrem.* Lege vitam S. Silvestri I.

(5) S. Athanasius in Epist. de sententia Dionysii §. 13. pag. 252. Editionis Monachorum.

XXVII.

S. FELIX I.

ANNO CHRISTI. 272.

AURELIANI IMPERATOR. 2.

FELIX Constantii filius die postremo anni 272. in Dionysii locum substitutus est. Hic insistens predecessoris vestigiis nihil antiquius habuit, quam hereses insurgentes in Ecclesiam profligare. Quamobrem cum recens esset vulnus à Paulo Samosateno inflatum Catholica veritati, necdum obducta cicatrix de errore Sabellii, ipse de Filii Dei divinitate, ac pariter humanitate, naturisque duabus in una persona distinctis ad Maximum Episcopum Alexandrinum, Dionysii successorem scripsit epistolam, quâ veluti ancipiti gladio utramque heresim uno ictu confoderet; ut dum in Christo naturam monstrares divinam indivisè humanitati conjunctam

Pauli

Euseb. 1.

7. c. 30.

Bar. an.

272. §.

21.

An. 273.

§. 11.

Pauli haresim condemnaret: dum vero humanam in eodem predicaret à divina esse natura proprietate distinctam. & divine substantiæ in tribus personis substantiam demonstraret, Sabellium con-

An. 275. *fataret. (1) Eidem ritum faciendi*
 §. 1. 2. *sacrificia supra sepulchra aut memorias*
 Pag. an. *martyrum acceptum refert Liber Pon-*
 274. *tificalis. (2) Cum menses quinque*
 §. 2. *supra biennium Catholicæ Ecclesiæ*
præfuisset, anno 275. III. Kal. Jun.
Martyr decessit, sæviente nonâ ad-
versus Christianos persecutione,
quam Aurelianus anno 272. exorsus
fuerat. (3)

ANNOTATIONES.

(1) Extat hujus epistolæ fragmentum in Concilio Ephesino, & S. Cyrilli Apologético pro duodecim Capitibus apud Labbeum tom. 3. Conc. pag. 511. & 851.

(2) Bona lib. 1. Rer. Liturg. cap. 19. §. 5. *De Felice primo summo Pontifice sic scribit Anastasius: hic constituit supra sepulchra aut memorias martyrum Missas celebrari, quia fortassis de hoc legem edidit, ne aliter fieri posset.* Hinc existima- verim ortum morem consecrandi Altaria cum reliquiis Martyrum.

Baronius ad an. 275. §. 2. *Hjusmodi*
insti-

institutionem longè ante Felicis Papa tempora Ecclesia sibi vindicat Felicis ergo decretum stabilivisse videtur, quod absque scripto canone, traditione tantùm simpliciter servaretur. In hac sententia est etiam Tillemontius.

Schelstratus tom. 1. Antiquitatis illustrata pag. 435. *Sepulchra vel ob inscriptiones & signa martyrii, vel ob ossa martyrum ibidem posita vocantur Memoria Martyrum.*

(3) Nonam dicunt Eusebius & Hieronymus in Chronico, item Orosius lib. 7. cap. 23. Quidam, ut est apud Baronium ad an. 273. §. 4. eam esse credunt, quam S. Leo serm. 74. cap. 6. facit octavam, & celebrem propter *innumera martyrum millia.*

Persecutio LX.

Lactantius de mortibus persecutorum cap. 6. *Aurelianus, qui esset naturâ versans & princeps, quamvis captivitatem Valeriani meminisset, tamen oblitus sceleris ejus & pœna, iram Dei crudelibus factis laceffivit. Non intentata igitur duntaxat persecutio ab Aureliano, ut visum Dodwello, sed executioni mandata, ut loquitur & probat Pagius ad an. 272. §. 9. Ideo autem Eusebius l. 8. Hist. c. 4. scribit, Diabolum veluti somno sopitum Ecclesiæ pacem non perturbasse ab Decii & Valeriani temporibus usque ad Dioclesandini Vitæ Pontif. G tia-*

tianum, quia, ut ait idem Pagius §. 11. persecutio ab Aureliano excitata brevissima fuit, cum econtra tam Decii, quam Valeriani persecutiones diuturna fuerint: ob quam etiam rationem Numeriani & Maximiani Herculi mentionem non facit, qui tamen ante persecutionem Diocletianeam, Ecclesiam vexarunt, ut ex Annalibus liquet.

XXVIII.

S. EUTYCHIANUS

ANNO CHRISTI 275.

AURELIANI IMPERATORIS 5.

Bar. ad an. 275. §. 3. Pag. an. 274. §. 5. Bar. an. 283. §. 14. 15. 16. Pag. §. 5. **E**UTYCHIANUS, Marini seu Martini filius, Hetruscus, patriam Lunensis, anno 275. pridie Nonas Junii Pontifex dictus est. Hic constituit, fruges, fabas & uvas super Altario benedici, teste auctore Libri Pontificalis, non quod id antè non fieret, sed quod nondum id esset sanctione decretum. In eodem Libro Pontificali, & Martyrologio Romano VI. Idus Decembris legitur tumulasse manibus suis martyres duos & quadraginta supra trecentos: ac præ-